Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dicionis ad iustitiam: Gratias autem deo
q̃ fuistis servi peccati. Obediistis autem
ex corde in eam formam doctrine in
qua tradita estis. Liberati autem
a peccato servi facti estis iustitie.
In xpo ihu dno nro. Secundum lucam
Illo tpe dixit dns. Qui fidelis est in
minimo. et in maiori fidelis est. Et q̃
in modico iniquus est. et in maiore
iniquus est. Si ergo in iniquo mam
mona fideles non fuistis qd verum est.
quis credet nobis: Et si in a
lieno fideles non fuistis qd verum est
quis dabit nobis: Nemo servus
potest duobus dnis servire. Aut enim
unum odiet. et alterum diliget. aut
unum ad herebit. et alterum contemnet.
Non potestis deo servire et mam
mone. Audiebant autem omia hec
pharisei qui erant auari. et deride
bant illum. Et ait illis. Vos estis q̃
iustificatis vos coram hominibus. Ds
autem novit corda vra: quia quod
hominibus altum est. abhominatio est
apud deum. Feria vj. l. e. b. per apli
Fratres. Nolite peregrinari in
fervore qui ad contemptionem
vobis fit. quasi novum aliquid vo
bis contigat. sed communicantes
xpi passionibus gaudete. ut in re
velatione gle eius gaudeatis exul
tantes. Si exprobramini in nomine
xpi beati estis. Quia qd est honoris
gle et virtus dei. et qui est eius spiritus.
super vos requiescit. Nemo autem
vestrum patiatur quasi homicida.
aut furem aut maledictus aut alienorum appetitor. Si autem ut xpianus
non erubescat. Secundum lucam.
Illo tpe. Rogabat ihesum quidam
pharisaeus. ut pranderet apud se
et ingressus recubuit. Pharisaeus
autem cepit in tra se reputans dicens.
quare non baptisatus esset ante
prandium. Et ait dns ad illum. Nunc
vos pharisei qd de foris est ca
lices et patinam munditis. Qd autem
intus est vestrum. plenum est rapina
et nequitia. Stulti. Nonne qui
fecit qd de foris est etiam qd deintus
est fecit: Verumtamen qd superest.
Date elemosinam. et ecce omia mun
da sunt vobis. Sed ve vobis pha
risei qui decimatis mentam et rue
tam et omne olus. pretereunt iudicium et
caritatem dei. Hec autem oportuit facere.
et illa non obmittere. Ve vobis phari
sei. qui diligitis primas cathedras
in synagogis. et salutationes in foro.
Ve vobis qui estis ut monumenta
que non apparent. et homines
ambulantes super ea nesciunt. Re
spondens autem quidam ex legis pe
ritis ait illi. Magister hec dicens.